Bela dei gra rex primogenitus regis Hungar. Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Cum prouide et attente inutiles et superfluas perpetuitatum donaciones voluntate patris
nri. et maturo principum terre nre consilio destruerem. oblatum est nobis priuilegium patris nri sub hac forma. Andreas dei gra Hungar. Dalm. Croac. Rame. Seruie. Galic. Lodom. que rex in perpetuum.
Reuerenda regum sublimitas et si innate sibi nobilitatis quodam priuilegio largitatum fluxu donis certancium eciam debeat occurrere. proporcionatam tamen erga suorum subditorum differencias debet habere dili
gencia. ut quanto quis sibi fidelius famulatur tanto propensius munificencie sue donis remunerandus fore censeatur. Animaduersione siquidem regie circumspectionis nrorum fidelium seruicia
poculis nris habentes. propter eximie fidelitatis constanciam. quam in nro fideli Thoma filio Borch multarum probitatum exhibicione. veraciter sumus experti. in suorum recompensacionem meritorum
pro concambio terre sue. quam predictam sibi contuleramus in Scep. terram deserti loci. ubi magnis laboribus et propriis sumptibus duas magnas villas construxerunt. terram quandam quinque mansionum. populorum castri
de Heugrad exemptam nomine Lengend. tam sibi quam suis heredibus contulimus in perpetuum possidendam. eumque in possessionem dicte terre per fidelem iobagionem nrm tunc temporis palatinum scilicet Banchonem
fecimus introduci. licet in tempore aliquanto temporis spacio. presens priuilegium fieri iussissemus. quia cum dictus Thomas in iam dicta terram introductus fuisset. quidam de iobagionibus dicti castri nomine
Vyzlmos. cum sociis suis super medietate dicte terre ipsum [?] dicens quod propria ... terra esset. nec ... contulissemus. sicque dum diu disceptassent. cum eos fuisset. tandem ordine iudi
[ci]o presencia nri probatum est. quod dictus Vyzlmos nichil ibi iuris habuisset. Unde nos facta liberaliter a nobis donacione. sicut iustum quia quod peteramus [?] sigilli nri munimine roboramus.
[...]. Cuius terre prima meta incipit ab oriente sub ulmo cum villa Hung. et vadit supra super fluuium usque montem Zagha. unde recedens sursum per viam venit ad radices alti montis sub salices.
[in]de tendit ad stagnum Racha. ubi tenet metam cum Blasio. inde transiens Berch venit ad Susuc. super caput vallis. inde ad metam Dionisii. unde reuertitur ad priorem metam. ubi orta fuerat. Cuius
eciam ad augmentum quia modica fuerat. de terra nra propria in deserto in sinu Matra date terre contigua dedimus. cuius prima meta incipit. ad radicem montis Zagha. iuxta metam castrensium. unde vadit sur
sum super fluuium Usus Cocopu. quem relinquens ad sinistram vadit ascendendo in medium fluuii [?] et descendendo secundum cursum solis. venit ad superiorem partem. Hederuhaia. cum ad montem Sem
transiens viam que itur ad Chomoc. venit ad Racporoc. et ibi desinit cum Matra. et incipit cum villa [illegible]. et venit descendendo per fluuium. ad radices alti montis supra nominati. Datum per manus Hugrini
aule regie cancellarii. Anno dominice incarnacionis M. CC. XVI. Nos vero iuris medium prosequentes ne calumpnia relinquatur quod iusta deliberacio pagina [?] concesse donacionis seriem scribi fecimus. sigilli nri munimi
ne roborantes. Datum per manus Mathie prepositi aule nre cancellarii. Anno dominice incarnacionis M. CC. XXX. Iouis tauarnicorum. Chac dapiferorum. Ponsa filio Sovlum [?] agasonum nrorum magistris existentibus.